



Altitudines membrorum Virilium.



Post hæc describemus effigiem mulieris crassiusculæ valentiusculæ qz ac agrestis cuius forma sit superius demonstrata virilis max. consimilis, ponaturqz et huius altitudo ipsius capitum septem. Igitur superius traditam rationem sequere, secundum quam etiam huius corporis partes dimetiare. Cæterum in exemplis placuit latitudinum lineas transversas deinceps omittere, solosqz numeros illius latitudinis indices inscribere, notatis tamē locis omnibus punctulis appostitis, quod quidem ideo putavi faciendum, ut odium crebritatis in lineationibus vitaremus. Membra ergo talis mulieris corporis ad ealem commensurationem formabis.

Inter sinciput et summos humeros esto vna decima et duce vigesima tertie. Atqz hoc item et inter iugula duce .11. Atqz hoc etiā inter et imum mentū vna 7. Inter mentum et verticem vna 8. Inter mentum sursum et summam frontem vna 10. Quam qdem decimam diuides in partes æquales tris quarum summa habeat frontem, media nasum, oculos / aures, ima buccam et mentum. Cæterum sub mento carnosum quasi papillam circum duces. Inter iugula et lumbos vna 5. Inter iugula et vsqz infra mamā vna 7. Inter iugula et papillas vna 9. Hæc qz ipsa inter et axillas vna 15. Hæc qz item inter et pectus vna 28. Hoc loco obseruabis alarū posteriores partes id est quæ a tergo sunt demissiores esse prioribus. Inter lumbos et umbilicum vna 22. Inter lumbos et coxendices siue summum femur vna 9. Eosdem inter et imam aluum vna 8. Inter eosdem item et imam pubem due 11. Item inter eosdem et extremas nates vna 5. Inter plantam et conuexitatem pedis vna 20. Eam ipsam inter et talum exteriorem vna 28. Inter imum talum et medium genu due 9. Vel sane facies hæc, quo modo fieri per æquatoream solere ostendimus. Cum quidem genu paulo quam prius stabit inferi, sed tu sequare veramlibet rationem licet. Inter medium genu et imam surā vna 8. Cæterum calces longos facies vnam 6.

Deinceps longitudinem brachij a summo humero vsqz ad cubitum extendes duab: 11. A cubito vsqz ad extremos digitos vna 4. Inde vero retro vsqz ad manus incuruā vna 10. Atqz ita designata mēbrorum altitudine, consequenter latitudinem notabis, Et quidem primum obliqui corporis hoc modo. Caput obliquum per verticem addensabis vna 9. Cum verticem vel quam aliam partem nominis in exemplis, fac ad illarum puncta respicias ita res tibi erit plana. Per frontem vna 14 et 15. Per supercilia similiter vna 14 et vna 15. Per nasum vna 8. Per mentum et ceruicem vna 12. Per iugula esto latitudo vnius 10. Per pectus id est supra mamā vnius. 7. Per axillas duarum 13. Per papillas vnius 12 et vnius 13. Per imas mamā vnius 7. Per lumbos id est infra costas ubi præcingunt vnius similiter 7. Per umbilicum vnius 10 et vna 11. Per coxendices vnius 8 et 10. Ipsum statim sub natib: femur vnam 7. latum sit. Supra genu latitudo esto duarum 19. Per medium genu vna 12. Infra genu similiter 12 vna. Per mediam suram vna 20 et vna 22. Per imam suram vna 12. Per imam tibiam vna 18. Ac deinceps brachij latitudinē ita notabis. Per humeros ut sit vna 11. Per musculos vna 12. Per nexum cubiti vna 20.